

Data III. kal. iunii, indictione I, anno ab incarnatione domini millesimo C VIII, regnante Heinrico quinto rege Romanorum anno III, ordinationis eius VIII; actum est Mersbore; in Christi nomine feliciter :amen:.

## 18.

5 *König Heinrich V. bestätigt einen zwischen dem Stifte SS. Simon und Juda zu Goslar und einem gewissen Werner, dem Sohn der Pauline, auf Verlangen der Vögte beider Theile, nämlich der Grafen Ludwig und Ludolf, getroffenen Gütertausch und Werners Schenkung des Gutes Bunsdorf an das Kloster Paulinzelle. — Intervenienten: Die Grafen Hermann, Wiprecht und Dedo. Goslar, 110[8] Juli 4.*

*Hdschr.: Or. Perg. Landesarchiv Sondershausen. S. zerbrochen, nur in kleinen Fragmenten erhalten.*

10 *Gedr.: Hesse, Gesch. des Klosters Paulinzelle 2. Stumpf 3030.*

*Ann.: Vergl. Posse, Markgrafen von Meissen 266 Ann. 172 und Cod. Sax. I. 1, 142. Die Urkunde gehört wegen Ind. I und ann. ord. IX in's Jahr 1108.*

(C.) :In nomine sancte et individue trinitatis. Heinricus divina favente clementia quintus Romanorum rex.: | Omnibus Christi fidelibus nostrique tam futuri temporis quam  
15 presentis notum fieri volumus, qualiter nos causa dei rogatu et consilio Adalgoti Mada-  
burgensis | archiepiscopi et episcoporum Uthonis Hildenesheimensis, Reinhardi Haber-  
stetensis, Burchardi Monasteriensis, Adalberti nostri dilecti cancellarii, Liutheri ducis, |  
comitum Heremanni, Wicberti, Dedonis, Eruwini aliorumque multorum nostrorum fidelium  
Reinnoldi, Widoldi, Cuonradi, Ruotberti, Brunonis de Tidendorp, Acconis, Burchardi,  
20 Swtcheri concambium in nostra presentia factum inter Goslariensem ecclesiam et Warne-  
herium Pauline filium postulantibus advocatis utriusque partis Lodowico videlicet comite  
Liutdolfo laudavimus atque firmavimus. Warneherius enim tradidit ecclesie Goslariensi  
Batikansteten predium, quod ipse libere possidebat cum omnibus pertinentiis eius tam ibi  
quam alibi iacentibus aquis aquarumque decursibus molis molendinis piscationibus areis  
25 terris cultis et incultis pratis pascuis silvis exitibus et reditibus et omni utilitate, que inde  
poterit omni tempore provenire. Ecclesia autem e contra communi consilio et consensu  
Elberti prepositi, canonicorum et familie tradidit modo dicto Werenherio in liberam  
possessionem predium Bunisdorp cum omnibus eius pertinentiis et commoditatibus eius,  
hoc est areis agris pratis pascuis campis silvis molendinis piscationibus quesitis et inqui-  
30 rendis et omni utilitate, que inde poterit omni tempore extorqueri. Sic igitur ab utraque  
parte rationabiliter atque concorditer nobis laudantibus et confirmantibus celebratum est  
istud concambium. Hoc autem notum esse volumus Christianis omnibus, quod predictus  
Warneherius divinitus inspiratus prenominatum predium Bunisdorp pro salute anime sue  
contulit celle in honore sancte Marie sanctorumque omnium edificate in loco et in pago  
35 Lanewizi in comitatu comitis Sizen. Ut autem tam rationabilis concambii constitutio nostra  
pietate solidata omni evo credatur ab omnibus et inviolabilis permaneat, hanc inde cartam  
conscribi fecimus et manu propria corroboratam impressione nostri sigilli iussimus insigniri.

:Signum domni Heinrici quinti Romanorum regis invictissimi.: (M.)

:Albertus cancellarius vice Maguntini archiepiscopi recognovit.: (SJFR.)